



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 56. Concordiæ pacta inter Galliarum Regem, & Florentinos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Sæcul. XV.
A.C. 1499. demum avitas Nobilium, ac Clericorum
immunitates restauravit, cunctisque ci-
vibus bona, quibus contra fas spoliaban-
tur, restitui jussit, adjecto etiam inter-
dicto, ne illis, qui prioris regiminis par-
ticipes erant, aut gratia apud Ducem vale-
bant, quovis pacto molestia inferatur.
His ita dispositis, Rex paulo post Tri-
vultio Mediolani Præfecturam commisit,
quam Trimollius, qui primo eidem præ-
erat, abdicabat. Tertio post mense eti-
am Genuenses ultro Victori urbis suæ
portas aperiebant, nequidem ad momen-
tum resistere ausi: ceteræ quoque
Mediolanensis Ducatus civitates, capta
Metropoli, sponte ad Gallorum obse-
quium accurrebant.

§. LVI.

*Concordiæ pacta inter Galliarum Re-
gem, & Florentinos.*

Belleav. l. 8.
Guicc. l. 4. Post hæc omnes Italiæ Principes, ex-
cepto Friderico Neapolis Rege, vi-
ctoriam regiis armis, auspiciisque re-
latam per semetipsos Regi gratulabantur,
ceteri vero, qui Regis conspectum subire
verebantur, missis legatis idem obsequi-
um præstabant: hos inter Florentini
quinque Oratores ablegabant; cum igi-
tur Rex Neapolis regnum occupare, ac
Mediolanensi Ducatui eodem victoriæ
cursum

curſu adjungere, animo volutaret, atque ad exequenda ejusmodi confilia Florentinorum ope indigeret, nec ſibi proſperum rebus ſuis ſucceſſum polliceri poſſet, niſi Piſanæ reipublicæ interitum pararet; hinc cum Florentinis fædus pepigit, ea lege, ut Piſanorum Reſpublica denuo Florentinorum imperio ſubjiceretur, atque ad eandem armis ſubjugandam Florentinis copiæ ſubminiſtrarentur, hi vero vicifim ſponderent, quod Gallorum Regi, ſi Neapolin occupare aggredereſſet, ad hanc expeditionem quinquaginta aureorum millia dare vellent, ut Rex trium menſium ſtipendia pro quinque millibus Helvetiorum numerare poſſet. Præterea Florentini Mercatores triginta quinque aureorum millia, quæ dato chirographo Mediolanenſium Duci promittebant, Gallis ſuppeditare pollicebantur.

§. LVII.

*Copiæ Valentino Duci a Rege
ſubmiſſæ.*

[Ipſe etiam Pontifex ſecundos armorum ſucceſſus Galliarum Regi gratulatus eſt, ſimulque unacum Valentino Duce ſuo filio Ludovicum admonuit, ut datam fidem liberaret, ac nupero foedere pactas copias ſubmitteret. Rex promiſſa revocare non auſus, ſex, aut ferme ſeptem